# BEDA VENERABILIS



Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26107
Copyright: Admont, Benediktinerstift

22

in albo celi esignet. qui animas quoque fidelium uel predicando uel
bonorum operum exempla monstrando ab errore conuerterit. pro quibus sin
gulis certa mercede illos qui conuerterant remuneret. Et hi qui
ascenderunt de thelmela thelassa. cherub et don et mer. et non
potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum utrum essent ex
israhel. filii delaia. filii tobia. filii nechoda. dc. l. ii. Hoc in loco
etiam iuxta litteram gratia dei. qua et in ueteri testamento gentiles ad sa
lutem recipiebantur ostenditur. dum exposito catalago eorum qui ue
nerunt ad templum dei perunere constabat. adiuncti sunt etiam aliqui ex eis. qui
utrum ex israhel an ex proselitis essent ignorabatur. eorumque simul inter
filios israhel numerus exponitur. Qui et si ob longam separationem pa
trum suorum a templo uel a populo dei quomodo ad deum pertinerent indicare
nequiuerant. tamen quia data generali licentia de captiuitate ascen
derunt. et cum eis qui certum ex israhel semen duxerant ad edificandum
domino templum properabant. recipiebantur ab illis ut socii. Gaudebant
namque eos ob amorem communis fidei et religionis habere uelut fratres
et notos. tamen et si ob incertitudinem originis carnalis uidebantur
eos minus cognitos habuisse. Porro in sensu spiritali. uidentur penitem
tes quilibet a captiuitate uiciorum ad edificanda uel in se ipsis uel
in aliis domum domini ascendere. sed plerumque non nullis grauioribus pecca
tis adstricti. qui adeo ab omni actu pietatis et castitatis uideantur
alienati. ut nichil prorsus bonitatis ac religionis. quam a doctoribus
sanctis acceperant in eis remansisse uideatur. De quibus quid aliud dicen
dum. quam non posse eos indicare. utrum ex israhel id est ex sancta ecclesia fuerint
generati credendo. Quia nimirum tales peccando facti sunt. ac si
in nullo umquam ad semen sanctum pertinuissent. Qui tamen penitendo
non numquam corriguntur. ac meliorem conuertuntur ad uitam. ut numerus